

Civitatis Baroli in loco Sancti Cataldi cum plateis existentibus ante ipsas que hiis finibus circumdantur, a media transenda iuxta domum Andree de Iudice gaudio, a media pariete iuxta eandem domum philippi de Riso iuxta viam puplicam et a medio castro iuxta domum eandem predicti Galgani de Riso soceri mei Appre-
tias pro unciis septuaginta quinque. Quas res aliquando non audeam vendere obligare seu modo quolibet alienare sine tua tuorumque heredum consensu et voluntate. Unle voluntarie tam ego predicti Riccardus de Argentera principalis quam nos prenominati fidem sponte subeuntes fideiuxionem eandem et nos ad predicta et infrascripta omnia tibi predicto Galgano de Riso recipienti pro parte ac vice et nomine et pro parte dicte filie tue voluntarie obligantes quadam et solepni stipulatione inde adhibita ypothecantes anteposuimus tibi recipienti pro te ac nomine quo supra omnia et singula bona nostra et heredum meorum stabilia et mobilia *etc.* Quod scripsi *etc.* testes Goffridus de Argentera. Iohannes de sire Ylario de Iacob.

Et tenor alterius predictarum Abreviaturarum talis est. Die vicesimo quinto Aprelis terciedecime Indictionis. Ego Riccardus de Argentera filius qd. Iohannis de Argentera Barolitanus civis coram Iohanne de maurone regio Baroli iudice. Iohanne de prothomagistro puplico eiusdem terre notario et testibus subnotatis licteratis de eadem terra ad hoc specialiter vocatis et rogatis dum te puellam nomine Philippam filiam Galgani de Riso concivem nostram in dei nomine modo sociavi coniugio tunc alio die nuptiarumstrarum ante comunes parentes et Amicos nostros iuxta quod moris est inter cives Baroli more longobardorum vi-
vientes dedi et tradidi tibi per hunc libellum a predicto Iohanne de prothoma-
gistro puplico Baroli notario scriptum subscriptionis predicti iudicis, ac sub-
scriptorum virorum ydoneorum roboratum in Murgincaph quartam partem pro indiviso omnium rerum mearum stabiliu et mobiliu quas tunc habebimus et te
vivente acquisita. Quatinus dicta quarta pars ipsarum rerum sit in tua tuorum
heredum dominio et potestate. Quod scripsi *etc.* testes superius in proxima supe-
riori abreviatura nominati. Quod presens scriptum puplicum a predictis origina-
libus abreviaturis transcriptum est per me predictum notarium Iohannem Angeli
de iulice Philippo puplicum Baroli notarium de mandato iulicum predictorum eo
quod una cum eislem iulicibus et testibus infrascriptis predictas duas abrevia-
turas vidi legi et tenui Anno die et mense, Inde prescriptis et modo signo
consueto signavi. (*Segno*).

- † Iohannes de Maurone q. s. Iudex.
- † Iohannes q. s. Regalis Baroli Iudex.
- † Iudex Ioya de Riso testatur.
- † Henricus de Riso testatur.
- † Ego Iohannes dencastro (*sic*) testatro (*sic*).

Notitia testium.

Iudice Herrico de riso. magistro Bartolomeo gramatico. Milillo Flamingi de nicastro Iudice. Ioa de riso Umfredo Marcucio de Symeone et Angelo de Costa, et Iohannes de nicastro.